



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Torneamentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

## 200 Tornementum. Tutela. Vicarius Capitularis.

- Poenitentiaro, sed pro Theologo, ex  
trid. sess. 5. cap. 1. si fiat secus, habenda  
est confirmatio a Papa.
- 4 Præbenda debet esse integra, decisum  
refert Garz. loco cit. num. 128.
  - 5 Si vacaret præbenda insufficiens, po-  
test Episcopus, altera vacante, ambas  
applicare Theologo, dummodo cano-  
nici habeant sufficiens stipendum.  
*Cong. conc. 16. Febr. 1619.*
  - 6 Canonicus Theologus, qui resignauit  
in manu Ordinati præbendam Theo-  
logalem, potest obtainere mediante  
optione pinguorem præbendam cum  
retentione sui stalli in choro. *Congreg.*  
*Rit. 2. Sept. 1597.*
  - 7 Stante confuetudine in Cathedrali, vt  
per quenlibet Canonicum habentem  
præbendam Canonicatum annexam ob-  
tineatur vna ex Dignitatibus in eadem  
Ecclesia, quæ nullum habet emolumen-  
tum, sed soli sedet supra canonicos, po-  
test canonicus Theologus dictam Di-  
gnitatē obtainere. *Cong. conc. 18. No. 1628.*
  - 8 Theologus sedet in loco sui canoni-  
catus, decisum refert Garz. in addit. ad  
par. 5. cap. 4. num. 111.
  - 9 Potest Episcopus cogere Theologum  
ad legendum usque ad priuationem  
præbendæ, decisum refert Barbo. de ca-  
non. cap. 27. num. 30.
  - 10 Si ex infirmitate non potest legere, nō  
tenetur ponere substitutum; quādo ve-  
rō est ponendus, electio est Episcopi,  
decisum refert Garz. par. 5. cap. 4. n. 159.
  - 11 Non solum licitatur distributiones le-  
gitimè ob lectiōnem absens, sed etiam  
emolumenta alia interessentibus dari  
solita. *Cong. conc. 12. Aug. 1628.*
  - 12 Ad haec lectiōnem sacræ scripturæ  
tenetur cleris accedere, & ab Episco-  
po potest cogi. *ead. 11. Aug. 1618.*

### Tornementum.

- 1 **T**aurorum, & ferarum agitatio pro-  
hibita fuit sub poena permittenti-  
bus excommunicationis ipso facto.  
*Psus V. Año 1567.*
- 2 Qui obierit ibi cum feris congregiens  
carcat ecclesiastica sepultura idem ibid.
- 3 Clerici, si interficiunt, sive beneficiati,  
sive in sacris, excommunicatione pur-

- niuntur. *ibid.*
- 4 Ordinariis præcipitur in virtute san-  
ctæ obedientiæ, vt impediant poenis  
& censuris. *ibid.*
- 5 In Regnis Hispaniarum prædictæ  
poenæ sunt reuocatae his conditioni-  
bus: ne fiat in diebus festis, & ita, vi-  
non possit alicuius mors sequi. *Greg.*  
*XIII. Anno 1575.*
- 6 In iisdem Regnis eadem concessit  
Clem. VIII. adhortans clericos, ne hac  
benignitate abutantur. Anno 1596.
- 7 Aliquo ibi occiso, vel mutilato, irregu-  
lares sunt omnes qui illuc fuerant cau-  
sa pugnandi, licet non occiderint, aut  
mutilauerint. *Sylvest. V. Tornementum.*
- 8 Episcopus dispensare poterit cum iis.  
*idem ibid. V. Sepultura. num. 23.*

### Tutela.

- 1 **M**iserabilium personarum omnes  
Religiosi, Clerici, & Episcopi te-  
nentur recipere tutelā. *Sylvest. Tutela q. 3.*
- 2 Episcopi non per se ipsos, sed per Ar-  
chepresbyterum, vel Archidiaconum.  
*idem ibid.*

### Vicarius Capitularis.

*Vide Capitulum sede vacante.*

- 1 **D**eputatus in causa heresis debet  
attingere annum artatis suæ qua-  
dragesimum, alias gesta per eum nulla  
*Sbroz de Vic. lib. 1. quest. 55. num. 8.*
- 2 *V. Archivium. num. 8. Concilium Provin-  
cial. num. 11. §4. Matrimonij impedi-  
menta. num. 29. Præcedentia. n. 30.*

### ADDITIONES.

- 1 **N**on debet occupare sedem pri-  
mae Dignitatis, sed aliam sedem  
portatilem. *Cong. Rit. 11. Apr. 1601.*
- 2 Non potest dare licentiam erigendi  
noua Monasteria. *Cong. conc. 19. Febr. 1633.*

### Vicarius foraneus.

- 1 **A**d hoc minus eligantur Archi-  
presbyteri, Archidiaconi, & Prä-  
positi, aliue in dignitate ecclesiastica  
constituti: sin minus Rectores, qui sunt  
apti. *Procl. 2.*
- 2 Et